PLATONIS
CRATYLVS
GRAECE ET LATINE
ANNOTATIONIBVS
CRITICIS ET GRAMMATICIS
ILLVSTRATVS

PARTICVLA VNDECIMA
ORATIVNCVLIS LATINIS
IN SCHOLA THOMANA

A. D. IIII. MAII A. C. CIↃIↃCCLXXXXVII

HORA VIIII. ANTEMERID
HABENDIS
PRAEMISSA
AB
RECTORE CAETERISQVE MAGISTRIS

KGL. PR. GYMNASIUM ZU DÜSSELDORF

1797.

db

LEIP
11 (1797)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Q. B. V

Iam quum Hermogenes libenter, atque ſponte, confeſſus ſit, homines permultos eſſe valde improbos, maloſque, perpaucos reperiri admodum bonos, et probos; quum Socrates, aſſentiente aduerſario, ſumſerit, homines valde probos eſſe eoſdem perquam ſapientes, hoc eſt, eos, quibus eſſentia rerum plane cognita ſit, ſed valde improbi dubitari recte non poſſe quin poni debeant admodum inſipientes, id eſt, ii, quorum mentes natura entium prorſus fugiat: inſtituit philoſophorum princeps ex illis ſumtionibus collegere, rationem Protagorae, qui hominem quemvis aiat eſſe rerum iudicem, valere nullo modo poſſe. Sed ne qua forte reprehenſionis anſa ab Hermogene quae-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ratur: proponentem Plato Socratem facit homini quaeſtionem, an tandem, approbata ſophiſtae ſententia, quae iubeat rem quamque haberi talem, qualis cuique videatur, fieri poſſit, vt in alios ſapientia, in alios inſipientia, cadat. Hac vero interrrogatiuncula recte ſperare poterat Socrates ſe facile eſſe aduerſarium eo adducturum, vt vocem illam Protagorae leuem, vanamque, eſſe ita daret, vt ipſe ſibi omnem dubitationis cauſſam praecideret. Philoſophus enim, Οἷόν τε ὂν ἐςιν[1], inquit, εἰ Πρωταγόρας ἀληθῆ ἔλεγε, καὶ ἔςιν αὕτη ἡ ἀλήθεια, τὸ, οἷα ἂν δοκῇ ἑκάςῳ, τοιαῦτα καὶ εἶναι, τὸς μὲν ἡμῶν φρονίμυς εἶναι, τὸς δὲ ἄφρονας; Iam vt οἷόν τε ſignificat *poſſibile*, ita οἷόν τέ ἐςιν videt quiſque eſſe *fieri poteſt*[2]. Cuius quidem rei grauiſſimus magiſter eſt Plato ipſe, qui, non ſolum verba οἷόν τε, et δυνατὸν, in Critone[3], vt idem declarantia, qui fuit linguae in primis Atticae mos[4], ita coniunxit, vt iis oppoſuerit verba ἀδύ-

1. Ald. haec verba exhibet ita interpuncta, Οἷόν τε ὂν ἐςιν εἰ — ἡ ἀλήθεια τὸ οἷα — τὸς μὲν, ἡμῶν φρονίμυς εἶναι· τὸς δὲ ἄφρονας; Baſ. 1. 2. Οἷόν τε ὂν ἐςιν, εἰ — ἡ ἀλήθεια, τὸ οἷα — τοιαῦτῳ [hoc ſcripturae mendum in Baſ. 2. recte eſt ſublatum] — τὸς μὲν ἡμῶν φρονίμυς εἶναι, τὸς δὲ ἄφρονας; Has verborum interpunctiones retinuit Stephanus, niſi quod verba τὸ οἷα, et ἡμῶν φρονίμυς, et τὸς δὲ ἄφρονας, inciſi ſigno diremit.

2. Gloſſarr. vett. Οἷόν τε *Poſſibile*. Suidas: Οἷόν τε· δυνατόν. Heſychius, et ex eo Phauorinus: Οἷόν τε· δυνατὸν λέγυσιν· quod verbum ad Atticos pertinere arbitror. vid. Cratyl. 45. Aeſchyl. Prometh. 41. 107. Eurip. Alceſt. 490.

3. C. 5.

4. Haec orationis forma ab antiquis grammaticis vocatur ὁ ἐκ παραλλήλυ σχηματισμὸς [Euſtath. ad Il. δ' p. 437. 25. Rom.], et ἡ τῶν λέξεων παράθεσις [Euſtath. d. l. v. 29.], et ἡ παραλληλία [Euſtath. ad Il. ν' p. 961. 32], et ἡ ἐκ παραλλήλυ θέσις [Euſtath. d. l. p. 1005. 33.]. vid. ad Phaedon. 27, 11. et ad Criton. 5, 10.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἀδύνατον, καὶ ὐκέτι οἷόν τε [5]· ſed etiam Socratem deinceps eadem de re loquentem verbis contrariis vti iuſſit his, μὴ πάνυ δυνατὸν εἶναι Πρωταγόραν ἀληθῆ λέγειν. Etenim οἷός ἐςι, vel ἐςὶν οἷος [6], vel ſimpliciter οἷος, dicitur pro τοιοῦτος, vel τοιόσδε, ἐςὶν, οἷος, et pro τοιοῦτος, vel τοιόσδε, οἷος [7], ita, vt ſignificetur *is, qui velit, is, qui ſoleat*, pro quibus tamen verbis fere ſubſtitui recte poſſunt verba *vult, ſolet*, vel tempora finita infinitiuorum Graecorum, qui pronominibus illis ſubiuncti inueniuntur. id quod docere quemque poſſunt loci a nobis in Indicibus Graecitatis Theophraſteae, atque Aeſchineae [8], collecti. Sed formulae οἷός τε [9], vel οἷός τέ ἐςιν [10], et οἷόν τε, vel οἷόν τέ ἐςιν, eodem modo conformatae, vſurpantur ſic, vt verbis δύναται [11], et δυνατός ἐςιν,

5. Sic apud Palaephatum fab. 18, 1. ἐχ οἷόν τε idem eſt, quod ἀδύνατον fab. 2, 2. 25, 1. 29. 3., et ἀμήχανον fab. 13, 2. Heſychius: Οὐχ οἷόν τέ ἐςιν· ἐ δυνατόν ἐςιν. Suidas: Οὐχ οἷόν τε· ἐ δυνατόν.

6. Vid. Xen. Cyrop. 2, 2. 15. Velſ. coll. Cratyl. 27.

7. Vid. Plut. de diſcr. adul. et am. c. 11. p. 170. To. 7. Tub.

8. v. οἷος. Nam Proluſſ. de vitiis Lexicc. N. T. 14, 4. p. 347., praeeunte Harpocratione, praecepimus, formulam οἷον εἶναι habere vim verborum βέλεσθαι, προαιρεῖσθαι, εἰωθέναι. Haec vero praeceptio quam vera ſit, docet ipſe Plato, qui hoc in dialogo infra c. 35. ſcripſit, τῶν ὀνομάτων ἡ ὀρθότης τοιαύτη τις ἠβέλετο εἶναι, οἷα δηλῶν. Scribi enim poterat τοιαύτη ἦν, οἷα, vel ſimpliciter οἷα ἦν. vid. ad Phaedon. 28, 5. 33, 33.

9. Vid. Thucyd. 8, 53.

10. Polyb. excc. de virtutt. 9. p. 31. To. 3. Lipſ. Οὔτε γὰρ τηρεῖν τὰς πόλεις πάσας — δυνατὸς ἦν — ἔτε διαιρεῖν εἰς πολλὰ μέρη τὴν αὐτῶ δύναμιν οἷός τ' ἦν.

11. Hoc vero cognoſci ex iis quoque locis ſcriptorum veterum poteſt, in quibus verba οἷόν τ' εἶναι δύνασθαι ita coniuncta extant, vt δύνασθαι vix poſſit, vt gloſſema, in ordinem veniſſe videri: vt apud auctorem epiſtolarum, quae vulgo Themiſtocli tribuuntur, ep. 20, 4. p. 116. Schoetg. οἴκοι μένοντα ἀπηρνεῖτο οἷός τε εἶναι περισώζεσθαι δύνασθαι· vid. Proluſſ. de vitiis Lexicc. N. T. 14, 4. p. 349.: et in quibus libri ſcripti pro gloſſa οἷός τ' ἐςὶν ex-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἐςιν, et δυνατόν ἐςι, respondeant. Iam quum multa verba, multae formulae, sequantur constructionem eorum verborum, quorum partes agunt [12]; quum οἷόν τέ ἐςιν idem declaret, quod δυνατόν ἐςιν· in promtu sane posita est caussa, cur leges linguae verba illa comitari semper, et vbique, iubeant infinitiuos. Nam verba, τὸς μὲν ἡμῶν φρονίμυς εἶναι, τὸς δὲ ἄφρονας, cohaerere cum verbis, οἷόν τε ὂν ἐςιν, quis, Ficino quoque praeeunte [13], non videt? Vt autem verba, εἰ Πρωταγόρας ἀληθῆ ἔλεγε, quo spectent, reperiri sponte, indicio superioris disputationis, a quoque potest: ita, quum ἀλήθεια sit *res* [14], quia is, qui verum dicit,

hibent glossema δύναται. vid. ad Plat. Phaedon. 18, 17.

12. Vid. Prolus. de vitiis Lexicc. N. T. 14, 4. p. 347. Exemplis ibi propositis addi possunt haec. Plutarch. apophthegmm. Laconn. p. 199. To. 8. Tub. τῶν πεσόντων ὑπὸ Λακεδαιμονίων. Arrianus anab. 2, 1. p. 81. Blanc. Ἐκ δὲ τάτε Μέμνων, τά τε ναυτικὰ παντὸς ἡγεμὼν ἐκ βασιλέως Δαρείε καθεςηκὼς, καὶ τῆς παραλίε ξυμπάσης. Plato Gorg. 28. p. 106. f. Findeis. ἐὰν διδῷ δίκην, καὶ τυγχάνῃ δίκης ὑπὸ θεῶν τε, καὶ ἀνθρώπων. Marc. 1, 40. et Matth. 17, 14. γονυπετῶν αὐτόν. Marc. 10, 17. γονυπετήσας αὐτόν· sed Matth. 27, 29. γονυπετήσαντες ἔμπροσθεν αὐτε. Nam verbum γονυπετεῖν [vid. Eustathius ad Il. α p. 129. 20. Rom.] idem significat, quod verbum προσκυνεῖν. Huic vero verbo quum Matthaeus ipse iunxerit casum personae tertium: vid. c. 2, 2. 8. 11. 4, 9. 8, 2. 9, 18. 14, 33. 15, 25. 18, 26. 28, 9. 17.: rectius legi c. 17, 14. arbitror γονυπετῶν αὐτῷ. Casus enim quartus facile potuit e locis euangelii Marci transire in multos codices commentariorum Matthaei. Sic hoc in dialogo c. 42. Plato adiectiuum ἀνόμοιον sequi iussit particulam ἢ, quia potestate par est vocabulo ἄλλο. Neque vero dubitari posse puto, quin Cicero Cat. M. 6. scripserit, *similesque sunt, vt si qui*: v. index Graecit. Aeschin. v. ὁμοίως· quum *similes sunt* idem sit, quod *similiter loquuntur*: sed *similiter facere, vt si* Cicero etiam Off. 1, 25. 6. dixit: ad quem locum vid. Ioh. Michaël Heusingerus.

13. Verba Ficini haec sunt, *Si Protagoras vera dixit, estque haec ipsa veritas, vt, qualia quaeque cuique videntur, talia sint, fierine potest, vt alii homines prudentes sint, imprudentes alii?*

14. Vid. Hom. Odys. λ', 506. ρ', 122.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dicit, rem ipſam oſtendat neceſſe eſt, formulam, ἔςιν αὕτη ἡ ἀλήθεια, parem poteſtate eſſe formulis, ἔςι τοῦτο ὅτως ἔχον, et τοῦτο ὅτως ἔχει, quibus Socrates aliis in locis huius dialogi [15] vſus eſt, atque verbis, ὅτως ἡ ἀλήθεια ἔχει, vel ἔχει ἡ ἀλήθεια ὧδε, vel ἔχει τὸ ἀληθὲς ὅτω, aliiſque ſimilibus, quae in Palaephati fabularum corpuſculo pro formula illa Platonica ſubſtituta extant [16], quis non intellegit? Et quis ignorat, articulum praepoſitiuum neutrius generis ſolere integris enunciationibus, atque ſententiis, ita praemitti, vt vim relatiuam habeat [17]? Iam quum verbis, οἷα ἂν δοκῇ ἑκάςῳ, τοιαῦτα καὶ εἶναι, explicetur pronomen αὕτη, quod ipſum ſibi articulum comitem optet: extat ſane ſtudium elegantiae Platonis, qui verbis illis praeire articulum τὸ iuſſerit. Etſi enim Ficini Latina verſio habet, *qualia quaeque cuique videntur*: tamen eum non putamus ſuo in codice ſcriptum inueniſſe, οἷα ἂν δοκῇ ἕκαςα ἑκάςῳ, immo voluiſſe ſententiae Socratis, adiecto pronomine *quaeque*, integritatem vtcunque reddere ſuam. Quam quidem ſummi interpretis rationem vt improbare ego non auſim: tamen malim credere, Socratem a Platone iuſſum eſſe ſimpliciter dicere, οἷα ἂν δοκῇ ἑκάςῳ, ita, vt intellegeretur nomen τὰ χρήματα, vel τὰ πράγματα, hoc eſt, τὰ ὄντα, quod vtrumque vocabulum, vel e voce ſopiſtae Abderitae ante

15. C. 40. 42.

16. Vid. index Graecit. Palaephat. v. ἡ ἀλήθεια, et v. ἀληθής. Hyginus fab. 258. formulas illas reddidit verbis, *veritatis hoc eſt.*

17. Vid. Carcinus Obſernatt. in N. T. e Flauio Ioſepho ad Marc. 9, 23.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ante laudata, vel e ſuperioribus philoſophi, interpretis eius, verbis, ab Hermogene ipſo addi facile poſſet, quippe qui ſciret, inſtitutam eſſe quaeſtionem de ratione naturae, eſſentiaeque, rerum. Hanc vero, ſi mortalium, alii ſapientes ſint, alii inſipientes, Hermogenes, a Socrate laceſſitus, arbitrariam eſſe prorſus negat, Οὐ δῆτα, inquiens. Nam particulae δῆτα, hoc eſt, *ſane*, *certe*, coniunctioni ἄ ſubiunctae, eadem eſt poteſtas, qua vocem μὰ τὸν Δία eodem in genere praeditam eſſe, alio praecepimus loco [18], ita, vt Plato ipſe, negationis etiam magis adaugendae cauſſa, vtramque vocem, μὰ Δία, et δῆτα, nonnunquam voci ἄ ſociam dederit [19]. Vt autem Hermogenis de ſententia plane conſtet; ne homo forte, pro leuitate ſua, atque inconſtantia, audeat, progrediente ſermone, retractare dicta: oſtendit Socrates, atque adeo inculcat, amico, videri ex ante conceſſis, ſi in alios ſapientia, in alios inſipientia, cadat, omnino conſequi, vt ratio Protagorae, qui eſſentiam rerum arbitrariam eſſe dicat, probari nullo modo poſſit. Huc enim pertinent verba philoſophi, Καὶ ταῦτά γε, ὡς ἐγῷμαι, σοὶ πάνυ δοκεῖ, Φρονήσεως ὅσης, καὶ ἀφροσύνης [20], μὴ πάνυ δυνατὸν εἶναι Πρωταγόραν ἀληθῆ λέγειν.

18. Partic. 10. p. 10. Nam pro ἄ μὰ τὸν Δία, ἀλλὰ Plato Gorg. 28. p. 108. dixit ἄ δῆτα, ἀλλά.

19. Gorg. 26. p. 100. Μὰ Δί' ἄ δῆτα. add. Xen. Apomnn. 4, 2. 18. 24. Heſychius, et ex eo Phauorinus: Οὐ δῆτα· ἀδαμῶς. eleganter ſane. Nam Plato ipſe vocibus ἄ δῆτα, et ἀδαμῶς, vt idem declarantibus, vſus eſt Criton. 10. Gorg. 31. p. 114. Conf. Deuarius in de L. Gr. particulis p. 291. ſ. Reuſm. et Hogeuenius epit. doctrinae partice. Graece. 15, 9. 7.

20. Ald. Baſ. 1. 2. Καὶ ταῦτά γε ὡς ἐγῷμαί σοι πάνυ δοκεῖ· Φρονή-

λέγειν. Qua quidem in oratione, cuius partium ſingularum vis ſupra demonſtrata eſt, pronomen ταῦτα explicari verbis, μὴ πάνυ δυνατὸν εἶναι Πρωταγόραν ἀληθῆ λέγειν, quis eſt, qui non videat? Neque vero alterius reprehenſionis philoſophi verba, Οὐδὲ γὰρ ἄν πω τῇ ἀληθείᾳ ὁ ἕτερος τοῦ ἑτέρου φρονιμώτερος εἴη, εἴπερ, ἃ ἂν ἑκάστῳ δοκῇ, ἑκάστῳ ἀληθῆ ἔσται, putamus eſſe eiuſmodi, vt opera interpretis magnopere indigeant. Etenim qui ſuperiorem Socratis diſputationem attente legerit, eum ſperamus praeterire nullo modo poſſe, ſenſum verborum, εἴπερ, ἃ [21] ἂν ἑκάστῳ

σεως [Baſ. 1. 2. δοκεῖ, φρονήσεως] ἕξης καὶ ἀφροσύνης. Steph. Καὶ ταῦτά γε (ὡς ἐγῶμαι) σοὶ πάνυ δοκεῖ, φρονήσεως ἕξης καὶ ἀφροσύνης. Heſychius: Ἐγῶμαι· ἐγὼ οἶμαι, νομίζω. Suidas: Ἐγῶμαι· ἀντὶ τοῦ ἐγὼ οἶμαι. Etymol. M. p. 315. 9. Ἐγῶμαι· ἐγὼ οἶμαι· κατὰ κρᾶσιν, ἐγῶμαι. Phauorinus: Ἐγῶμαι· ἀντὶ τοῦ ἐγὼ οἶμαι· ἐπεκτάσει, καὶ κράσει, ἐγῶμαι. Heſychius: Οἶμαι· νομίζω, ὑπολαμβάνω. Suidas: Οἶμαι· οἴομαι, ὑπολαμβάνω. Moeris: Οἶμαι, οἴομαι, Ἀττικῶς νομίζω, Ἑλληνικῶς. Nam Pierſonius ibi ſine cauſſa edidiſſe videtur, Οἶμαι, καὶ οἴομαι, quum grammaticus, vt Suidas, formae verbi contractae plenam, docendi cauſſa, addiderit. Hoc enim etiam a gloſſographis factum eſſe conſtat, vt gloſſematis praemiſerint formas gloſſarum communes. Heſychius: Αἰεί· ἀεὶ, διὰ παντὸς, συνεχῶς. Neque vero neſcimus, ſcriptores Atticos etiam proſaicos, et in iis oratores maxime, ſaepenumero vſos eſſe, aurium cauſſa, forma verbi οἶμαι plena, quae tamen multis in locis a manibus grammaticorum, librariorumue, profecta ſit. Conf. Politus ad Euſtath. p. 100. To. 1. Ficinus verba illa Socratis interpretatus eſt ita, *Atqui haec, vt arbitror, tibi omnino videntur, cum videlicet prudentia quaedam, et imprudentia, ſit, Protagoram haud omnino vera loqui poſſe.*

21. Ald. Baſ. 1. 2. Steph. εἴπερ ἄ. Ficinus vertit haec verba ſic, *Neque enim alter altero reuera prudentior erit, ſi, quae cuique videntur, cuique vera erunt.* At ἂν εἴη eſt *fuerit*, et ἃ ἂν δοκῇ *quae videantur*, vel *quae videbuntur.* Pro ἃ ἂν Baſ. 2. habet ἃ ἐάν. Hic vero vſus particulae ἐάν in libris Platonis, Xenophontis, aequaliumque ſcriptorum Atticorum, mihi cum Erneſtio ad Xen. Apomnn. 3, 10. 12. dubius, ſuſpectuſque, videtur. Etſi enim non ignoro, contra allatos eſſe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἑκάςῳ δοκῇ, ἑκάςῳ ἀληθῆ ἔςαι, non discrepare a sensu verborum, quibus Plato principem philosophorum paulo ante vti iussit, εἰ Πρωταγόρας ἀληθῆ ἔλεγε. Sed πά εsse aduerbium dubitatiuum, non tantum grammatici veteres [22] praecipiunt, sed ipse etiam Socrates, grauissimus sane auctor, docet, qui hanc particulam deinceps verbo οἶμαι commutauit: et τῇ ἀληθείᾳ, e consuetudine loquendi Hebraeorum, partes aduerbii ἀληθῶς, vel ὄντως, agere, alio iam loco [23] ipsi animaduertimus. Nam quia Hermogenes sponte confessus erat, perpaucos mortalium esse perbonos, qui iidem reperirentur persapientes: Socrates sibi ex hac sumtione, cuius grauitatem vox vitae communis testaretur, recte collegere posse videbatur, alterum debere esse altero sapientiorem. Hoc vero quum, saluo Protagorae decreto, fieri facile appareat nullo pacto posse: effici

multos Demosthenis, Aeschinis, Lysiaeque, etiam Xenophontis, locos ab Hornemano in specimine exercitatt. criticc. in vers. τῶν ὁ ex Philone p. 61. s. [Gotingae A. C. 1773. 8.], et a Zeunio in notis ad Viger. 8, 6. 14.: quibus addi potest locus ipsius Platonis Cratyl. 34. ὃ ἐὰν μὴ γιγνώσκωμεν· tamen non dubito contendere, in omnibus illis locis scripturam librorum editorum deberi librariis, atque adeo ipsis grammaticis, quorum stylus Macedonica, Alexandrinaque, ratione [vid. Hogeuenius epit. doctr. particc. Graecc. 116, 2. §. 7.] assuefactus pro ἂν scripserit ἐάν. Quis enim sibi persuadeat, scriptores tam graues, et constantes, quorum aures liberales concursionibus vocalium crebris tantopere offenderentur, vel semel, nedum saepius, ἐὰν pro ἂν dixisse, praesertim quum viderent, naturam particulae ἐὰν esse eiusmodi, vt pronomina eam relatiua ferre non magis possent, quam particulas εἰ ἄν?

22. Ἐπίῤῥημα διςακτικὸν vocatur ab Eustathio ad Il. π' p. 1089. 21. Rom. add. Triclinius ad Sophoclis Aiac. 176., atque Thomas Magister, et ex eo Phauorinus, v. πᾶ.

23. Partic. 3. p. 4. s.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

effici inde Socrates, aſſentiente Hermogene [24], cenſet, rationem ſophiſtae non probari, immo funditus repudiari, debere. Hactenus igitur coryphaeus philoſophorum contra Protagoran ita diſputauit, vt docuerit, eſſentiam rerum haudquaquam ex hominum arbitrio pendere, neque adeo quemuis ſedere iudicem naturae eorum, quae ſunt, vllo modo poſſe, quod homines tum ad vnum omnes deberent eſſe, non tantum ſapientes, ſed etiam aeque ſapientes. Hermogenem vero quum conceſſiſſe Socrati haud inuitum videamus, alios hominum haberi ſapientes, quibus eſſentia eorum, quae ſunt, perſpecta, et cognita, eſſet, alios inſipientes, quos fugeret vis rerum, atque natura; pauciſſimos ſapientia, plurimos inſipientia, longe, multumque, reliquos ſuperare: hominem ſane in promtu eſt nec ipſum aſſenſu ſuo ſophiſtae ſententiam approbaſſe.

Iam, exploſo, conuictoque, opinionis Protagorae de eſſentia rerum arbitraria commento, quum videat Socrates facile, Hermogenem, ſi quidem conſtans eſſe, neque pugnantia loqui, velit, nec Euthydemi decretum probare vllo modo poſſe, qui naturam earundem rerum ab cunctis vſque eandem poni aiebat: obiter hoc hominis dogma, atque ita, attingit, vt eius quoque vanitatem e ſumtionibus

 ante

24. Nam ἔςι ταῦτα eſt vox aſſentientis: vid. c. 5. 6. 9. 10. 14. 19. 25. 31. 40.: quam Cicero in libris philoſophicis expreſſit verbis *ſunt iſta*: vid. partic. 8. p. 12. et index Graecit. Aeſchin. v. εἰμί· idem ſonans, quod paulo poſt vox, ἀληθῆ λέγεις, atque voces, ταῦτα ἔςιν ἔτως c. 28.: ἔςιν, ὡς λέγεις c. 45. h. e. *eſt, vt dicis*, interprete Cicerone Cat. M. 3.

ante propositis apparere ostendat, Ἀλλὰ μὴν [25], inquiens, οὐδὲ κατ' Εὐθύδημόν γε, οἶμαι, σοὶ δοκεῖ [26], πᾶσι πάντα ὁμοίως εἶναι ἅμα, καὶ ἀεί. Οὐδὲ γὰρ ἂν ὅτως εἶεν, οἱ μὲν χρηςοὶ, οἱ δὲ πονηροὶ, εἰ ὁμοίως ἅπασι, καὶ ἀεὶ, ἀρετή τε, καὶ κακία, εἴη. Euthydemus enim fuit sophista illius aetatis nobilissimus, Dioclis filius [27], ob eximiam faciei, orisque, pulchritudinem cognomine ὁ Καλὸς appellatus [28]: qui vna cum Dionysodoro, fratre, relicta patria, quam habebant Chium, clarissimam Ionum insulam, migrauit primo quidem Thurium [29], Graeciae magnae opidum, Atheniensium, aliorumque Graecorum, coloniam, sed non ita multo post sese in Atticam contulit, ita, vt, nunc in

25. Glossarr. vett. Ἀλλὰ μὴν *Quin, verum etiam, immo vero, sed enim.* vid. Deuarius in de L. Gr. particc. p. 30. s. et Hogeuenius epit. doctrinae particc. Graecc. 1, 9. 1. ss.

26. Ald. Bas. 1. γε οἶμαί σοι δοκῇ. [Bas. 1. δοκῇ,] — καὶ ἀεί. ἀ δὲ γὰρ — εἶεν οἱ μὲν, χρηςοὶ· οἱ δὲ, πονηροί. εἰ ὁμοίως ἅπασι καὶ ἀεὶ ἀρετή τε καὶ κακία εἴη. Bas. 2. γε οἶμαί σοι δοκῇ, — ἀεί ἀδὲ γὰρ — οἱ μὲν χρηςοὶ, οἱ δὲ πονηροὶ, εἰ. — At coniunctiuus δοκῇ, nisi inserta particula ἂν, ferri per leges grammaticas non potest: sed hanc particulam addi verbum οἶμαι interpositum non patitur. Stephanus igitur, qui operas scribi iussit, γε, οἶμαι, σοὶ — οἱ μὲν, χρηςοὶ, οἱ δὲ πονηροὶ, — recte rescripsit δοκεῖ, etiam Ficino praeeunte. Is enim verba illa Socratis explicauit ita, *At neque Euthydemo assentiris, vt arbitror, dicenti, omnia omnibus esse similiter, ac semper. Neque enim alii boni, alii mali, essent* [immo *fuerint*], *si semper, et aeque, omnibus, et virtus inesset* [immo *insit*], *et prauitas.*

27. Vid. Plato Sympos. 37.

28. Vid. Xen. Apomnn. 4, 2. 1.: qui eodem libro complexus est sermones a Socrate cum Euthydemo de variis quaestionibus habitos. Alios Euthydemos claros laudauit Fabricius, non modo variis in locis Bibliothecae Graecae [2, 8. 18. 3, 11. 6, 9. 4.], sed etiam in notis ad Sextum Empir. contra mathemat. 7, 13. p. 372. s.

29. Hanc ob caussam Euthydemus, et Dionysodorus, vocantur Θούριοι a Sexto Empir. d. l.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in ipſa vrbe, nunc aliis in opidis, commoratus ſit [30], more pharmacopolarum circumforaneorum, muſicorumque, et ſcenicorum, quos fames errare, atque vagari, per omnes terras cogit. Incenſus enim flagrabat animus hominis incredibili quadam cupiditatis pecuniae ſiti: quam quo facilius, certiuſque, expleret, atque ſedaret, iactatione nouae cuiuſdam, reconditaeque, ſapientiae inſolenti vtebatur, tanquam acerrimo inuitamento paratae, et promtae, adoleſcentium maxime beatorum, opulentorumque, liberalitatis. Atque ab hac eius praecipua pecuniae auiditate, ab hac ſingulari oſtentatione ingenii, ſcientiaeque, cum vehementiſſimo, non laudis bonorum, ſed popularis famae, ſtudio coniuncta, nobis ducenda videtur eſſe cauſſa, cur Plato dialogum, in quo notare conſtituiſſet intolerabilem arrogantiam ſophiſtarum ſuae aetatis, auaritiamque inſanam, et contentioſam loquacitatem, qua adoleſcentes in primis auocarentur a ſtudiis rectis, publiceque, et priuatim, vtilibus, Euthydemi potiſſimum nomine inſcripſerit: qui philoſophi liber vna cum dialogo, qui inſcribitur Gorgias, ante hos tredecim annos Oxonii luculentis doctrinae antiquae copiis ditatus a Martino Ioſepho Rauthio octonis editus eſt. Hic igitur ſophiſta, vt ſtudium poſuit ſuum maxime in ea philoſophiae parte, quae a veteribus λογικὴ dicta eſt [31], ita eſſentiam rerum omnino omnium ſibi perſuaſerat hominibus ad vnum omnibus eandem vſquequaque eſſe videri, neque aliis tempore quoque aliam. Etenim κατ' Εὐθύ-

30. Vid. Plato Euthydem. c. 1.

31. Vid. Sextus Empir. d. l.

Εὐθύδημόν γε est *Euthydemo quidem auctore*, siue *de Euthydemi quidem sententia*, vt infra[32] verba καθ' Ἡράκλειτον valent *auctore Heraclito*, siue *ex Heracliti decreto*, ita, vt hoc loco verba Socratis, οὐδὲ κατ' Εὐθύδημόν γέ σοι δοκεῖ, reddi commode possint, *nec Euthydemo quidem assentiris, qui statuit*, vel *nec verum putas esse id, quod Euthydemus quidem docet.* Πᾶσι autem referendum esse ad homines, declarat, praeter rem ipsam, oratio philosophi haec, Οὐδὲ γὰρ ἂν ὅτως εἶεν, οἱ μὲν χρηστοί, οἱ δὲ πονηροί, εἰ — ἅπασι — εἴη. Et vt aduerbium ὁμοίως, cum ad qualitatem, tum ad quantitatem, naturae rerum pertinet, quae sit vsque prorsus eadem, neque vnquam vllo modo alia, quum Socrates illud paulo post[33] respicere ad aduerbium ἰδίᾳ iusserit: ita particulam ἅμα, id est, *omnino*, facile apparet, non modo ad πάντα, sed etiam ad πᾶσι, spectare. Nam in enunciatione, quae hanc deinceps excipit, legitur positum ἅπασι, quod est πᾶσιν ἅμα, *omnibus omnino*, *vniuersis*: et quum vniuersalem enunciationem particularis sequatur; quum Socrates in hac certas quasdam rerum species laudet: illa ipsum necesse est complexum esse genus entium vniuersum, atque adeo πάντα ἅμα, id est, ἅπαντα[34], dixisse. Sic

vero

32. C. 18. Sic apud Cic. ad diuu. 9. ep. 4. 1. s. legitur, Περὶ δυνατῶν me scito κατὰ Διόδωρον κρίνειν. — Hoc etiam κατὰ Χρύσιππον δυνατὸν est. Similes loci sunt apud Plutarch. A. ΠΠ. c. 11. p. 30. To. 7. Tub. c. 14. p. 36. de audd. poëtis c. 1. p. 61. de discr. adul. et amici c. 30. p. 201. de cap. ex inimm. vtilit. p. 285.

33. C. 5. vid. partic. 9. p. 7. s. et p. 17.

34. Xen. Cyrop. 4. 2. 12. Ὁ γὰρ κρατῶν ἅμα πάντα συνήρπακε, h. e. ἅπαντα· et paulo post, καὶ πᾶσαν ἅμα τὴν χώραν· vbi tamen in cod.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vero intellegi quoque ab omnibus ſponte poteſt, particulam ἅμα a Ficino in Latina interpretatione perperam eſſe praetermiſſam, neque eundem interpretem vocabulum ἅπασι recte reddidiſſe *omnibus*. Sed nec aduerbium ἀεὶ debebat ab eo exprimi aduerbio *ſemper*, quod in lingua Atticorum adverbiis ἑκάςοτε, et διὰ παντὸς, apud Graecos caeteros particulae πάντοτε, reſpondet [35], immo aduerbiis *vſque, vſquequaque* [36], *perpetuo*, *continenter* [37]. Ex hactenus igitur dictis ſatis, vt opinor, exiſtimari poteſt, verbis, πᾶσι πάντα ὁμοίως ἐςὶν ἅμα, καὶ ἀεὶ, ſententiam contineri hanc, *omnibus omnino hominibus eſſentia rerum omnino omnium videtur eſſe vſquequaque, et continenter, eadem.* Hoc vero Euthydemi decretum vanum eſſe, neque vllo probari modo poſſe, Socrates, aſſentiente Hermogene, docet, ita, vt virtutis quoque, et vitioſitatis [38], natura omnino omnibus videri vſque eadem dicatur, adeo, vt, non probi alii, alii improbi, immo vniuerſi virtute praediti, reperiantur, quae tamen

Guelf. librarius ipſe aduerbium ἅμα omiſerat, quod manus correctoris poſt nomen τὴν χώραν addidit.

35. Phrynichus Eclogg. verbb. Atticc. p. 38., et ex eo Phauorinus: Πάντοτε μὴ λέγε, ἀλλ' ἑκάςοτε, καὶ διὰ παντός.

36. Gloſſarr. vett. Ἀεὶ *Vſquequaque.*

37. Xen. Cyrop. 8, 2. 1. διὰ παντὸς ἀεὶ χρόνε. Plato Gorg. 81. p. 254. ſ. τὸν ἀεὶ χρόνον. Herodo. 3, 119. ποιεῦσα δὲ αἰεὶ τωὐτὸ τεῦτο. Heſychius: Αἰεί· ἀεὶ, — συνεχῶς.

38. Cic. Tuſc. 4, 15. *Huius igitur virtutis contraria eſt* vitioſitas. *Sic enim malo, quam* malitiam, *appellare eam, quam Graeci* κακίαν *appellant, Nam* malitia *certi cuiuſdam vitii nomen eſt*, vitioſitas *omnium.* add. idem Finn. 3, 11. ſ. et Arrianus diſſertatt. Epictett. 2, 19. p. 229. Cantabrig.: vbi tamen pro κακὰ δὲ κακίαι, quia praecedit ἀγαθὰ μὲν ἓν αἱ ἀρεταὶ, reſcribi, etiam legibus grammaticis iubentibus, debet κακὰ δὲ αἱ κακίαι.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tamen ſumtio vel vitae cotidianae auctoritate, ac voce, redarguatur. Philoſophus enim virtutem potiſſimum, atque vitioſitatem, exempli cauſſa laudat, quia Hermogenes modo confeſſus erat ipſe, hominum alios, eoſque permultos, haberi egregie malos, qui iidem perquam inſipientes numerarentur, alios inueniri, eoſque perpaucos, inſigniter bonos, qui iidem ponerentur excellenter ſapientes. Nam ſicut particula ὅτως cum ſuperiore oratione ita cohaeret, vt verbis εἰ ὁμοίως ἅπασι, καὶ ἀεὶ, ἀρετή τε, καὶ κακία, εἴη, explicetur: ſic nomine ἀρετὴ, vt Latino vocabulo *virtus*, ſignificantur omnino ea omnia, quae rei alicui [39], perſonaeue [40], inſunt, atque ineſſe debent, ſi nomine ſuo digna eſſe, haberique, velit: cuiuſmodi res, et perſona, ipſa, vt a Graecis ἀγαθὴ, et, quia ſuo in genere vtiis eſt, χρηστὴ, ita

39. Sic ἀρετὴ tribuitur *terrae*, et *agris*, vt ſit *vbertas*, *foecunditas*, *fertilitas*: vid. Herodo. 4, 198. 7, 5. 8, 144. Thucyd. 1, 2. Polyb. 2, 14. 15. 3, 17. 23. 34. 5, 51.: *corpori*, vt ſit *ſanitas*, *robur*, *pulchritudo*: vid. Plato Gorg. 54. p. 185. ſ. 59. p. 198. coll. c. 33. p. 119.: *lanae*, vt ſit *mollities*, et *tenuitas*: vid. Herodo. 3, 106.: *pedibus*, vt ſit *pernicitas*: vid. Anacreon epigr. 8, 2.: *aquae*, vt ſit *ſalubritas*: vid. Plutarch. Conuiu. ſeptem ſapientt. 14. p. 38. To. 8. Add. Plato Gorg. 62. p. 204. Tub. Sen. ep. 41. p. 143. To. 2. Gron. *Propria* virtus *eſt in vite fertilitas*. Cic. Legg. 1, 16. *Nam nec arboris*, *nec equi*, virtus, *quae dicitur*; *in quo abutimur nomine*; *in opinione ſita eſt*, *ſed in natura*. Conf. Seb. Corradus in commentario ad Cic. Brut. p. 118. Florent. Certe Cicero Agrar. 2, 35. *bonitas agrorum* dixit, vt Quinctilianus 2, 19. 2. *bonitas ſoli*. vid. Barthius ad Gratii Cyneget. 35. Neque vero Hebraei aliter vtuntur nominibus טוּב, et מִיטַב. vid. Gen. 45, 18. 47, 6. et Proluſſ. de verſſ. Graecis V. T. 3, 3. p. 84. ſ.

40. Vid. Plato Menon. 4. Plutarch. περὶ πολυφιλ. p. 287. To. 7. Tub. et apophthegmm. Laconn. p. 200. To. 8. Conf. index Graecit. Aeſchin. v. ἀρετή.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ita a Latinis *bona*, nominatur [41]. Sed nomen κακία complectitur per ſe quidem omnia vitia, et mala, bonis illis, atque ornamentis, contraria [42], ita, vt res, et perſona, quaeuis vitiis iſtis, atque malis, praedita Graece κακὴ [43], et, quia ſuo in genere inutilis eſt, πονηρὰ [44], etiam φαύλη [45], Latine *mala*, dicatur. Iam in homine, ſi ſuo dignus reperiri nomine velit, ipſa natura iubet ſitas eſſe virtutes quatuor has, ſapientiam, φρόνησιν, iuſtitiam, δικαιοσύνην, fortitudinem, ἀνδρίαν, temperantiam, σωφροσύνην [46], aliaque decora, quae, tanquam riuos, ab his quatuor virtutibus, tanquam a totidem fontibus, deduci conſtat, ita, vt ab perſona cuiuſque, eadem natura auctore, remota eſſe debeant omnia mala, et dedecora, quae ornamentis illis, atque bonis, aduerſentur, et repugnent. Quum autem Socrates ſupra ſapientes, φρονίμους, et inſipientes, ἄφρονας, ab improbis, πονηροῖς, et probis, χρηστοῖς, diſiunxerit; quum

41. Vid. Plato Gorg. 62. p. 204. et index Graecit. Aeſchin. v. ἀγαθός. Sic ἀγαθὴ γῆ Herodo. 4, 198.: qui idem 5, 49. χώρην ἀγαθὴν, et χώρην χρηστὴν, dixit, cui 6, 137. opponit χώρην κακὴν τε, καὶ τῇ μηδενὸς ἀξίην. Et Xen. Cyrop. 3, 2. 9. habet ὄρη ἀγαθὰ, vt Plutarch V. Arati c. 9. p. 298. To. 6. Tub. γῆ χρηστή sed auctor anonymus excc. chronologg. p. 16. f. Oxon. dixit γῆ ἀγαθή τε, καὶ εὔφορος, vt Cicero pro Flac. 29. *agros natura perbonos.*

42. Sic Socrates apud Plat. Gorg. 33. p. 119. corporis κακίαν contineri oſtendit ἀσθενείᾳ, νόσῳ, αἰσχεῖ, καὶ τοῖς τοιούτοις, ſed κακίαν [c. 63. p 208.] animi, quam ibi πονηρίαν vocat, ἀδικίᾳ, ἀμαθίᾳ, δειλίᾳ, καὶ τοῖς τοιούτοις, vt ἀκολασίᾳ [vid. c. 33. p. 121.], contraria σωφροσύνῃ [c. 63. p. 208.].

43. Vid. Herodo. 6, 137. Plut. apophthegmm. Laconn. p. 201. To. 8.

44. Vid. partic. 10. p. 15.

45. Vid. Plut. d. l. et index Graecit. Aeſchin. v. φαῦλος.

46. Vid. Cratyl. 26. Cic. Inuent. 2, 53. Finn. 2, 14. Tuſc. 1, 26. Off. 1, 5. Plutarch. περὶ τύχης p. 301. To. 7. Tub. et Olympiod. Prolegomm. ad Plat. Gorg. c. 4. p. 612. Findeiſ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quum φρονίμοις tribuerit φρόνησιν, ſed in ἄφρονας cadere ἀφροσύνην oſtenderit: ſatis, vt opinor, apertum eſt, nomine ἀρετὴ ab eo notatas eſſe hoc loco eas tantum virtutes, quae ab ſapientia, prudentiaque, proficiſcantur, hoc eſt, iuſtitiam, fortitudinem, temperantiam, cum ſuis comitibus, atque adeo vocabulo κακία vitia virtutibus illis contraria, cum ſuis miniſtris, quarum parens, nutrixque, exiſtat inſipientia, atque imprudentia [47]. Sic vero conſilio, quod in enarrando hoc dialogo ſequimur, in explicandis huius quoque capitis eius verbis, quo Socrates planum facere, nec diſſentiente Hermogene, inſtituit, eſſentiam rerum non eſſe arbitrariam, ſatis feciſſe ſperamus.

Nunc enim alio nos vocat proceſſus trium alumnorum diſciplinae noſtrae publicorum ex vmbraculis ludi Thomani in ſcholarum maiorum lucem. Adoleſcentes enim liberales hi, IOH. FRIDER. CHOMATIO *, *Colledanus*, CAR FRIDER. SATLOVIVS, *Oelſnitienſis*, et FRIDER. BASILIVS AVG. PLACVNTOPOEVS **, *Leucoreus*, quorum hic annos quatuor, illi ipſum triennium, rectori ſcholae libros auctorum vtriuſque linguae claſſicorum optimos enarranti, hiſtoriaeque catholicae veteris copias, et dialectices, aliarumque artium ingenuarum, initia, tradenti, ita aſſedere, vt modeſtiae ipſi non minus, quam bonarum literarum, ſtudium haud mediocre probarint, maximeque is, cuius no-

47. Sic apud Aeſchinem Socr. 2, 37. κακία ita opponitur ἀρετῇ, vt ἀρετὴ diſtinguatur ab ἐπιςήμῃ, cui contraria ſit ἀμαθία· et apud Herodo. 7, 102. ἀρετὴ proficiſci dicitur a σοφίῃ.

* DAMM

** KVCHELBECKER

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nomen primo loco positum est, quum beneficientiae, et publicae, et priuatae, fructus, non solum communes, sed etiam praecipuos, non sine magno commodo suo, per sex, octoue, annos percepissent: noluerunt horum tot, tantorumque, beneficiorum memores e ludo nostro prius discedere, quam gratum suum erga patronos eius, et curatores, caeterosque euergetas, et magistros, omnes, animum, oratiunculis Latinis publice habendis, declarassent. Neque enim tantum docebunt, quam vtile sit, quamque necessarium, nostris in primis temporibus, Graecarum literarum studium, et quinam scriptores videantur omnium primi esse ab iis attingendi, qui grauem, accuratamque, linguae Graecae scientiam collegere velint, sed etiam sapientissimi huius disciplinae generis in schola Thomana fundatoris, atque tutoris constantissimi, memoriam ita renouare instituent, vt meritorum doctrinae summi viri in hunc ipsum ludum, et multitudinem, et magnitudinem, praedicare conentur. Haec igitur grauitatis, et pietatis, humanissimorum adolescentium studia vt praesentiae suae honore, audientiaeque fauore, et adiuuare, et incitare, velint omnes, quicunque, vel liberalitate sua, et benignitate, cura, et consilio, res scholae Thomanae complectuntur, vel bonorum ingeniorum prouentu laetantur, eos vehementer etiam, atque etiam, rogamus. Scripsimus in schola Thomana a. d. VI. Nonas Maias A. C. CIↃIↃCCLXXXXVII

LIPSIAE

EX OFFICINA SOMMERIA

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nomen prim … eficientiae, et
publicae, et … mmunes, ſed
etiam praecip … ſuo, per ſex,
octoue, ann … m tot, tanto-
rumque, be … o prius diſce-
dere, quam … , et curatores,
caeteroſque … animum, ora-
tiunculis La … ſent. Neque
enim tantum … mque neceſſa-
rium, noſtr … rum literarum
ſtudium, et … ium primi eſſe
ab iis attin … que, linguae
Graecae ſci … m ſapientiſſimi
huius diſcip … fundatoris, at-
que tutoris … renouare inſti-
tuent, vt m … in hunc ipſum
ludum, et … praedicare co-
nentur. H … , humaniſſimo-
rum adoleſ … ae honore, au-
dientiaeque … , velint omnes,
quicunque … itate, cura, et
conſilio, r … ntur, vel bono-
rum ingeni … nementer etiam,
atque etia … chola Thomana
a. d. VI. N …

A

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf